

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

574

1027/ 01 / 04

*Gudila e a súa muller, e o seu sogro Miro, véndenlle a Vimara Cagítiz, prepósito de Celanova, a súa herdade e unhas viñas, respectivamente, en Moreira, como compensación polo renovo que gozaran do cenobio.*

TC, fol. 196v. - 197r.

Ed. por GARCIA DE VALDEAVELLANO, L., "El renovo", op. cit., doc. XI, 440-441.

KARTA DE MORARIA.

In Dei nomine. Ego Gudila et uxor mea Biata et filiis nostris vobis Vimara Kagitz in Domino Deo eternam salutem amen. Obinde placuit nobis bone pacis volumtas ut faceremus vobis iamdictis Vimara Kagitz cartula vendicionis sicut et vendimus medietate de nostra hereditate que abeo in villa que vocitant Moraria prope monasterii Cellenove. Do vobis in ipsa hereditate in domos cum suo torculare, in terras, vineis, pumares, ceresares, figares, saltos, devesas, pascuis, paludibus, aquis aquarum, accessum vel regressum quantum in ipsa villa ad prestandum hominis est de terminis, do vobis medietate de ipsa hereditate que me quadrat inter meos germanos vel heredes de tercia medietate integra quos habeo de sogro meo Miro. Damus vobis ipsa hereditate pro vestro renovo inter panem et vino modios XVI que nobis bene complacuit. Ita ut de hodie die et tempore seiat ipsa hereditate de iure nostro abrasa et in vestro sit tradita atque confirmata.<sup>1</sup> Similiter et ego Miro et uxor mea Berrenda vobis Vimara Kagitz facio vobis cartula vendicionis sicut et facimus de vineas nostras proprias que abemus in ipsa villa de Moraria in loco predicto iusta vinea qui fuit de Vimara Branderigiz, et de alia parte per succo de vinea de meo patre Cequei, et discurre cum sua clausa ad in prono. Et alio quiniocino de vinea qui iacet inter vestras vineas, et de illo cabo qui se levat de succo de frater Egica et fer in termino de frater Sandino de ipso casare do vobis in quarta integra, et medietate de ipsa ceresaria et quarta de ipsa peraria. Damus vobis ipsas vineas et ipsa terra pro vestro renovo inter panem et vino modios XII que nobis bene complacuit. Ita ut de hodiedie vel tempore abrasa de nostro iure et in vestro tradita atque confirmata. Si quis tamen, quod fieri non credimus, aliquis homo contra hanc cartula vendicionis ad inrumpendum venerit vel venerimus tam nos tam filiis nostris propinquis vel extraneis contra hanc cartula firmitatis, et nos in concilio post vestra parte vestra non auctorgaverimus abeatis vos licentiam adprehendere de nos ipsas vineas et ipsa hereditate quod sursum resonat duplata vel quantum ad vos fuerint melioratas et vobis perpetim habituri.

Facta kartula vendicionis X<sup>o</sup> idus Ianuarii, Era LXV<sup>a</sup> post M<sup>a</sup>.

Miro et uxor mea Berrenda in hanc kartula vendicionis manus // Gaudila et uxor mea Biata manus nostras rob[oravimus].

Qui presentes fuerunt: Leoverigo ts. Egika ts. Sisnando ts. Cegeri ts. Gulderes presbiter.

—  
<sup>1</sup> Con outra tinta ALIA.